Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Qui respondens dixit. Scr̃ptum est eũ: non in solo pane viuit homo. sed in omni verbo qđ̃ procedit de ore dei. Tunc assũpsit eũ dyabolus in sanctã ciuitatẽ: et statuit eum sup pinnaculũ templi et dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsũ. Scr̃ptũ ẽ enim: Quia angelis suis mandauit de te: et in manibus tollent te. ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuum. Ait illi iesus rursũ. Scr̃ptũ est. Non tentabis dñm deũ tuum. Iterũ assũpsit eũ dyabolus in montẽ excelsũ valde: ostendit ei omnia regna mundi et gloriã eorũ et dixit illi. Hec omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei iesus. Vade sathanas. Scr̃ptum est enim. Dñm deum tuum adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eũ dyabolus. Et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. offe. Sepulchrum suum obumbrabit tibi et sub pennis eius sperabis scuto circũdabit te veritas eius. Secr. Sacrificia quadragesimalis tui nos sanctificent quesumus dñe: et a peccatis nostris expiatos ad celebrandum festa transire concede. Ꝑ. Qui habitat in adiutorio altissimi. Com. Angelis suis mandauit de te ut custodiant te in omnibus uiis tuis. Ps. Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione dei celi commorabitur. Gloria patri. Sicut erat. Angelis suis mandauit de te ut custodiant te in omnibus uiis tuis. Oratio. Familiam tuam quesumus dñe continua pietate custodi: ut quę in sola spe gratie cęlestis innititur tua semper protectione munita. Ꝑ. Ostende nobis dñe misericordiam tuam. Com. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo. Ps. Exaudiat te dñs in die tribulationis. Nomen dei iacob protegat te. Gloria patri. Sicut erat. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo. Oratio. Quesumus omnipotens deus familiam tuam propitius respice: ut per tui muneris largitionem et temporali tranquillitate gaudeat et eterna